

Sermo

principium est et finis. Cui laus et gloria per infinita secula. Amen.

¶ **Explicit prologus.**

¶ **Dominica prima aduentus.**
¶ **Epistola** ¶ **Roma. xiiij.**

H fratres scientes. quis hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim prope est salus nostra quod cum crederimus. Non precessit. dies autem appropinquabit. Abijcimus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis. sicut in die honeste ambulemus. non in comestationibus et ebrietatibus. non in cubilibus et impudicijs. non in contentione et emulatione: sed induimini dominum ihesum christum.

¶ **Evangelium** ¶ **Matth. xxi.**

In illo tempore. Cum appropinquaret ihesus iherosolimis et venisset bethfage ad montem oliueti: tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est. et statim inuenietis asinam alligatam et pullum cum ea. soluite et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit: dicitis quod dominus huius operis hoc. et festum dimittet eos. hoc autem totum factum est ut adimpleret quod dictum est per prophetam dicentem. Dicitis filie syon. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: sedens super asinam et pullum filium iubin galis. Cuncti autem discipuli fecerunt sicut precepit illis ihesus. Et adduxerunt asinam et pullum. et imposuerunt

Primus

super eos vestimenta sua. et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alii autem ramos cedebat de arboribus et sternerant in via. Turbe autem que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid. benedictus qui venit in nomine domini.

¶ **Sermo primus de aduentu.**

Universe vie domini misericordia et veritas. **Ps. xliij.** Qui populo notificat sui regis aduentum sollicitus querit de via per quam venturus est ut valeat ei obuiare. Ita et nobis hodie annunciatum nostri regis aduentum: vias eius in hac auctoritate psalmista declarat. cum ait. **¶** Universe vie domini misericordia et veritas. **¶** Quod duplex est aduentus christi. et qui liber sibi habet viam determinatam. **¶** Primus est ad redemptorem. et via eius est in misericordia generali quod septem misericordias exhibuit humano generi. **¶** Prima est. quod dimisit nobis omnem omnem iniuriam aduocando. et in gratiam suam recipiendo. quod ostendit in incarnatione quam naturam nostram sibi uniuertit quasi quandam parentelam nobiscum contraxit. **¶** Unde est quod in natiuitate eius pacem angeli cecinerunt. **¶** Siquidem ante natiuitatem triplex erat discordia. scilicet inter deum et hominem propter peccatum in obie. **¶** Inter angelum et hominem propter impedimentum restaurationis angelice. **¶** Inter hominem et hominem. scilicet populum iudaicum et gentilem propter diuersitatem culture. **¶** Et hanc triplicem discordiam christus in se

¶ **iiij.**